

Vide Berlich. *part. 5. Concl. 44. num. 42.* (3) Imperator iudices remittit ad jurisperitos, ut illi demum judicent, quænam pœna pro isto quidem delicto sit irroganda? Qua sanè constitutione innuit, rem totam in causæ cognitione esse positam, ut pro necessitatis modo, & rei quantitate constituantur pœna. Carpz. *part. 2. quest. 83. num. 42. f. 275. Pr. Crimin.* hanc regulam tradit: *Qui necessitate famis coactus facit furtum, is pœna ordinaria affici non debet.* Sed, si necessitas famis non ita evidenter probatur, fustigatione: quod si verò dicta necessitas evidentius probata fuerit, relegatione, interdum etiam incarceratione saltem furtum istud puniendum est. Vide Tabor. *in Racemat. Crimin. racem. 3. n. 36. p. 112.*

IV. *Licet fur iste impunitus dimittatur; tamen dominus propterea ipsi ad nihil quicquam præstandum obligatur, nec fur dimissus citra pœnam adversus dominum ullam habebit actionem.* Hoc est: si fur absolvitur in hoc iudicio, & impunitus dimittitur, ille tamen nihilominus actorem propter institutam actionem reconvenire non poterit: quia nemini ex sua malitia danda est actio: nec actor potest injuriam fecisse alteri contra, quem ipse de damno sibi dato conquestus est. Tabor. *in Racemat. p. 551. num. 7.*

ARTIC. CLXVII.

De glande, frugibus, fructibus, & quicquid ex agris percipitur, furto ablati.

Von Früchten und Nuzen auff dem Felde / wie / und wenn damit Diebstal gebraucht werde.

WEr bey nächtllicher Weil jemand seine Früchte / oder auff dem Felde seine Nuzung / wie das alles Namen hat / heimlicher und gefährlicher Weis nimmt / und die hinweg trägt / oder führet / das ist auch ein Diebstal / und wie andere Diebstal vorgemeldter Maß zu straffen. Desgleichen / wo einer bey Tage jemand's an berührten seinen Früchten / die er heimlich nehme / und hinweg trüge / grossen mercklichen und gefährlichen Schaden thäte / ist auch / wie obstehet / für einen Diebstal zu straffen. Wo aber jemand bey Tage essende Früchte nehme / und damit durch Begtragen derselben nicht grossen gefährlichen Schaden thäte / der ist nach Belegenheit der Person / und der Sach / Bürgerlich zu straffen / wie an demselben End / da der Schade geschicht / durch Gewonheit / oder Gesetz herkommen.

AD